

sed etiam ornatum, florentemque esse voluisti: ut mihi per hos conserves eum, per quem me tibi & his conservatum vides. Plura ne dicam, tuae me etiam lacrymae impediunt, vestraque, Judices, non solum meae: quibus ego, magno in metu meo, subito inducor in spem, vos eosdem in hoc conservando futuros, qui fueritis in me: quoniam istis vestris lacrymis de illis recordor, quas pro me saepe & multum profudistis.



## AUCTARIUM GRÆVIANUM

I N

M. T. CICERONIS ORATIONEM

## PRO DOMO SUA.

## ARGUMENTUM.

Restitutus in patriam Cicero, Lentuli praeipue consulis opera, 16. mense, postquam in exilium iniquissima lege Clodii pulsus erat, statim habuit hanc orationem ad Pontifices, in qua nervos omnes intendit, ut domum suam, eadem lege publicatam & everfam, deinde, ne profana unquam fieri posset, Libertati consecratam, neque publicari, neque consecrari potuisse ostenderet. Qua de re sic in epist. l. lib. 4. ad Attic. Nos tacemus, & eo magis, quod de domo nostra nihil adhuc pontifices responderant: qui si sustulerint religionem, aream praeclaram habebimus. Et in II. ejusdem lib. Post illas datas literas secuta est summa contentio de domo. Diximus apud Pontifices 1. Kal. Oct. Acha res est accutata a nobis: & si unquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si nunquam aliter fuimus, tum profecto doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. Tantum autem de domo recuperanda laborabat, ut, cum esset in exilio, ita scripserit ad uxorem: Quod de domo scribis, hoc est de aera: ego vero tum denique mihi videbor restitutus, si illa nobis erit restituta. Ac domum quidem ei restitutam esse, satis constat ex eadem ad Atticum epistola: in qua sunt haec; Cum pontifices decreverint, ita, si neque populi jussu, neque plebiscito, qui se dedicasse diceret, nominatim ei rei praefectus esset; videri posse sine religione jam partem aerae mihi restitui; mihi facta statim est gratulario: nemo enim dubitat, quin domus nobis esset adjudicata. Sed planissime in oratione de Harusp. resp. Meam domum P. Lentulus consul, M. Lentulus, Q. Metellus, M. Glabrio, M. Mes-

sala, L. Lentulus Flamen Martialis, P. Galba, Q. Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius rex sacrorum, M. Scavrus, M. Crassus, C. Curius, Sex. Caesar Flamen Quirinalis, Q. Cornelius, P. Albinovanus, Q. Terentius, pontifices minores, causa cognita, duobus locis dicta, maxima frequentia amplissimorum ac sapientissimorum civium adstante, omni religione, una mente omnes, liberaverunt. Est autem omnis haec in septem partes distributa oratio. Prima respondet Clodio, qui apud pontifices ea vituperaverat, quae per eos dies Cicero in senatu de republica, id est de Cn. Pompejo rei frumentariae praeficiendo fenerat. Secunda de jure publico agit, & in ea ostenditur, legibus iis, quibus Romana civitas uteretur, non posse quemquam civem ejici, aut de capite eius, vel de bonis quidquam detrahi sine iudicio senatus, aut populi, aut eorum, qui de quaque re constituti iudices sint. In eadem rationes afferuntur, cur tribunus plebis esse Clodius non potuerit. Quomodo enim, cum patricius esset, ad plebem transivit? adoptione? at ea rata esse non potest: primum quia servatum adoptandi jus non est. Nam cum adoptare debeat is, qui neque procreare jam liberos possit, & cum potuerit, sit expertus: adoptavit Clodium fenatorem annos viginti natus: qui liberos non modo procreare potest, cum habeat uxorem, sed procreavit etiam. Et cum quæri a pontificum collegio solet, quæ causa sit adoptionis, quæ ratio generum, ac dignitatis, quæ sacrorum: nihil horum in illa adoptione questum est. Atque hæc de non servato adoptionis jure, quæ omnis notio, cum pontificum esse debuit, apud ipsos pontifices dicuntur: ad augu-



res autem, qui aderant, de curiata lege disputat, qua Clodius est adoptatus. Nefas, inquit, est, agi cum populo, cum de caelo servatur. At quo die lata lex est, Bibulus consul de caelo servavit. Rata igitur esse non potest. Quod si rata non est: qui potuit Clodius, contra auspicia adoptatus, tribunus plebis esse? Accedit ad infirmitatem curiatae legem altera ratio. Quid servatur in ferendis legibus? trinundinum, id est, ut promulgata lex per tres mundanas, antequam feratur, populo pateat. Quod spatium, tantum adest, ut servatum sit, ut eam legem Caesar consul vix per tres horas promulgatam tulerit. Tertia pars, vel si tribunus plebis, & per auspicia, & per leges Clodius esse poterit, quod utrumque jam negatum est, ab eo tamen legem nominatim de capite civis indemnati ferri non potuisse demonstrat. Id enim privilegium est: quod sacratata verba, & XII. tabulae vetant. Neque leges hoc tantum contra leges, sed illud etiam, quod de ejus capite fortunisque omnibus, qui neque adesse sit iustus, neque citatus, neque accusatus, legem illam Clodius tulerit: cum iudicia populi ita moderata essent a maioribus constituta, primum ut ne poena capitis cum pecunia conjungeretur: deinde, ne, nisi prodicta die, quis accusaretur: tum, ut ante magistratus accusaretur intermissa die, quam multam irrogaret, aut iudicaret: postremo, ut esset accusatio trinum mundinum, id est, ab eo die, quo quis ad populum accusari ceptus esset, ad diem iudicii trianae mundine intercederent; prodicta die, qua die iudicium esset futurum: eamque diem si qua res auspiciis, aut excusatione fastidisset, tota causa iudiciumque tolleretur. Nec verba legis vitio carent: sunt enim haec: *Vetitis, iubeatis, ut M. Tullius aqua sit, & igni interdictionem sit.* Cum ferri debuerit, ut interdiceretur, non, ut interdictionem sit. Quo modo enim, quod factum non est, id ut sit factum ferri ad populum, aut verbis utis sanciri, aut iussibus confirmari posset? Peccatum est igitur in forma legis: quid in ipsa veritate? non minus. Scriptum est enim: Quod M. Tullius factum S. C. renulerit. Qui si falsum retulit, recte scripta lex est: si verum, nulla est. Verum autem retulisse, nec ipsum pro suo imperio, sed senatus

iussu in conjuratos animadvertisse, senatus ipse, cum eum restituit, indicavit. Sunt igitur haec in lege vitia, primum quod lata nominatim sit de capite civis indemnati: alterum, quod imperite, ut interdictionem esset aqua, & igni, cui nondum interdictionem esset: tertium, quod simul de pluribus rebus: quartum, quod per vim. Id quod Lentulus consul in lege vidit, quam de Ciceronis reditu tulit: non enim tulit, ut & venire Romam liceret, sed ut veniret. Quarta pars Clodii maledictum, exulente Ciceronem appellantis, re-fellit duabus causis, vel quod ex peccato, vel quod ex damnatione subeatur exulis nomen. Peccasse me, inquit, negant omnes: optime de patria meritum, senatus, equestris ordinis, scribarum, plebis urbanae, id est, paganorum, & montanorum, denique etiam municipiorum, coloniarum, & totius Italiae de meo reditu decreta declarant. In ferenda vero lege, quae celebritas unquam maior populi Romani, quantus omnis generis hominum, & aetatum, ordinumque splendor? Quod ad damnationem attinet, exilium non sum. Indemnatus enim discessi, nemo me illa unquam lege interrogavit, nemo postularit, nemo diem dixit. Libertatem vero, aut civitatem amittere civis Romanus nemo potest, nisi auctor ipse factus sit. Infirmitas Clodii maledictum ea quoque ratione, quod in ipsa rogatione nihil tulerat, quo minus Cicero esset non modo in civium, sed etiam in senatorum numero: & quod in lege illa suffragium tulerit non populus Romanus, sed multitudo hominum e servis conductis, & facinorosis, & egentibus congregata. Quinta, primum Clodio respondet, accusanti Ciceronem, quod de se ipso gloriosius praedicaret: deinde iis, qui obijerent ei discedendum e patria. Sexta de domo recuperanda quantum labore, quamque improbe Clodius fecerit in ea dedicanda, & quid spectarit, offendit. Dedicatio improbat, quod non assuerit Collegium Pontificum, sed unus tantum pontifex, ique frater uxoris Clodii, adolefcens imperitus, novus sacerdos, sororis precibus, matris minis adductus, mente & lingua titubante. In extrema parte preces ad Jovem, Junonem, Minervam, ad patrios penates, & familiares, ad Vestam continen-

tur: ut, si nefariam flammam ab eorum templis ac delubris depulerit; si suum caput pro eorum caeremoniis atque templis perditissimorum civium furori ferroque obijerit; si nihil unquam magis, quam de republica salute laboraverit; hunc fructum ferat, ut sibi redire in suas sedes liceat. Iisdemque precibus, conversus ad pontifices, utitur, ut ab ipsis jam in patriam restitutus, nunc, auctore senatu, manibus eorum in suis sedibus collocetur. Habita est oratio iisdem consulibus, qui in patriam rediit, id est Lentulo & Metello. De genere, de statu, de partibus orationis, quae nonnulli ostentationis potius, quam utilitatis publicae causa, sedulo persequuntur, nihil addam: vel quia sunt in promptu, fatique patent ex rethorum libris: vel quod a veterum interpretum consuetudine non libenter discedo.

Man.

### CAPUT I.

*A maioribus nostris inventa* ] Duo v. c. non habere praepos. a, Lambinus in margine notavit. Et probatur Torrentio ad Sueton. Jul. 19. Probarem & ego, nisi nostri codices & editiones praefata refragarentur. De hoc ipso loquendi genere dixi non nihil ad rationem precedentem. Graev.

*Summa republicae* ] Nam qui pontifices, eorum plerique etiam Senatores, atque adeo publici consilii principes erant. Non omnes autem pontifices senatores fuisse, locus hic ex lib. 14. ad Attic. demonstrat: *Kal. Oct. habetur senatus frequens, adhibentur omnes pontifices qui erant senatores.* Et hanc ipsam illorum cognitionem bipartitam quoque fuisse, infra demonstrat: *Quae cum sit in-jus religionis & in-jus republicae distributa, &c.* Hotom. Antiquissimis temporibus iidem sacerdotes erant, qui & Reges. Virgilius:

*Rex Asia; rex idem hominum, divumque sacerdos.*

Vide ibi Servium. Inde omnes legislatores non tantum de civilibus rebus, sed & de cultu divino leges praescripserunt, quoniam, ut Aristoteles vii. Pol. 8. dicit, *et vixit in diebus emulorum, omnium est in republica antiquissima.* Apud Romanos XII. tabulae de divinis plurima praecipunt:

*Jus triplex tabulae quod ver sancere quaerunt:*

*Sacrum privatum, & populi communis quod usquam est.*

Inde & Ulpianus jurisprudentiam definit; *Divinarum atque humanarum rerum notitiam.* Prima codicis Justinianei, Theodosiani vero ultima pars est de sacris, ut dudum viti docti observaverunt, praecipue H. Grotius de imperio summorum potestatum circa sacra, quem vide. *Gravus.*

*Religiosissimi religiones sapienter, &c.]*

Sic restituit, conjectura ductus. Nam recepta lesio non erat ferenda, & erat periculum esse depravatam. Est autem antithesis concinna, clarissima, *cives temp. bene ger. religiosissimi cives relig. sapienter in temp. temp. confervo.* Lamb. *Romp. bene gerendo religiones religionibus sapienter in temp.]* Ant. Augustinus delect religionibus: quod verbum certe parum aptum est. Non enim hic sensus est, qui solet usurpari; Aristotelem Aristotele optime declarari, & Platone Platone. Itaque Pantagathus hunc locum ita emendabat: *Religiosissimi religiones sapienter interpretando eandem conservarent:* ut par pari referatur; ad republicam bene gerentes, *amplissimi & religiosissimi:* ad religiones sapienter interpretantes, *religiosissimi.* Secundo loco *temp. ineptum est;* itaque libenter legerem, *eandem.* F. Ursin. *Pontifices, religiones.]* Sic plerique Pall. Nam aliquot habent *religionis religionibus*, omisso eo *pontifices.* Vetr. edd. *Pontifices religionis religiones.* Pantagathus conjecit, *religiosissimi religiones*, quod invasit Lambinus. *Gruterus.*

*Magna causa sacerdotum populi Romani iudicio ac potestate versata est.]* In Pall. & Ahaz. liber necnon S. Victoris, atque editio prima, sine praepositione in: *Gruter.* Sic sane & Dresd. & praeter primam Mediolanensis editio. Primus tamen Franci agnoscit *in*, quod minime delendum censio, quia repugnat genus Latini sermonis. *Versare causam iudicio, pro tractare causam iudicio dici & ferri posse credo:* sed *versare causam potestate*, quid sit, nemo Latine intelligentes dixerit. *Sed versari causam in iudicio & potestate sacerdotum,* recte dicitur, de qua iudicandi potestas sacerdotibus est commissa. *Gravus.*

*Omnium civium salus.]* Consecratus Ciceronis, ut ex ea causa quam agit, totius republicae pendere salutem adfirmet, causam autem in extrema oratione ostendit: *ne*



ne si ista Clodii dedicatio in civitate probetur, idem postea omnes seditioni tribunus plebis audeant. *Horomanus.*

*Amentes ac perditos magistratus* ] Magistratus modo dicitur tribunus plebis. Nam P. Clodius in tribunatu Ciceronis domum everterat, & in area Libertatis atrium edificarat. *Idem.*

*Sceleratorum civium* ] Quorum opera Clodius omnia illa in tribunatu gesserat. *Idem.*

*In republica ab aliis oppressa* ] Particula in deest in libris manuscriptis, & recte. Paulo post, rescinduntur, legebat Pantagathus pro rescinduntur. F. Ursinus.

*De republica sensu* ] Quo tempore Cicero ab exilio rediit, hoc est pridie Non. Sept. Lentulo & Merello consulibus. Cum esset annonae summa caritas, & ad eam procuracionem bonorum omnium sermone Pompejus vocaretur, Cicero sententiam dixit, in eisque sententiam S. C. factum est, ut cum Pompejo ageretur, ut eam rem susciperet, lexque ferretur postredie. Cicero concionem habuit, lex conscripta est, qua Pompejo per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur. *Hot.*

*Sed convicio* ] Convicium dicitur de multis vocibus aut multorum simul, aut unius frequentatis. *Idem.*

## CAPUT II.

*De summa religione* ] De consecrata Ciceronis domo a Clodio. Nam Cicerone necdum reverso eam consecrationem improbarant. Dicitur autem summa religio, ut summa respublica. *Hotom.* De summa hac tempore religione, &c. ] Pal. nonus huius temporis. Quarto utraque vox deest. *Gruter.* Deest hoc tempore etiam in Franc. & ed. prima. Summa religio est res qua pendet fere tota religio. Sic summa existimatio in epistolis ad Atticum est res in qua agitur nostra omnis existimatio, de qua locutione diximus alibi plura, & multus egit exemplis J. Fr. Gronovius ad Livium. *Grevius.*

*Fuisti tu, inquit apud pontifices superior* ] Puto legendum, *Fuisti sum.* Et mox: *Sed jam.* Pontifices optimates erant. Cic. autem quod populus expetebat, iusserat, ut

frumentaria procuratio Pompejo mandaretur. *Hotom.*

*Quoniam te ad Pompejum contulisti* ] Sic legendum, vel libris omnibus invidis. Dicebat Clodius, M. Tullium, quod se ad Pompejum applicuisset, eiusque opibus niteretur, inferiorem, quam se, futurum apud eodem pontifices, qui scilicet molestus hoc ferrent, Ciceronem ad opes Pompeji confugisse, eique extra ordinem totius rei frumentariae potestatem sua sententia detulisse. *Lamb.* Quoniam te ad populum contulisti ] *Lambinus ad Pompejum,* sed invidis omnibus mss. *Gruter.* Recte hunc locum exponit *Hotomanus,* quamvis commendatione illius possumus carere.

## CAPUT III.

*Exercitus terrae* ] Caesar tum propter Galliae proconsulatum exercitum habebat, cuius metu, quasi ei Caesar suffragaretur, Clodius adversarios terrebat. *Hotomanus.*

*Servorum dilectu* ] Sic habent libri mss. & ita sine dubio legendum. *Lambinus.* *Obsessione templorum* ] Hac omnia Clodii & in Sextiana, & aliis locis innumeris inculcantur. *Hotomanus.*

*Cedere curasti* ] Pro coegisti, non memini me similem apud hunc locutionem advertisse. *Idem.*

*Turbulento die* ] Eo biduo (inquit ad Atticum) cum esset annonae summa caritas, & homines ad ibeatum primo, deinde ad senatum concurrissent impulsu Clodii, mea opera frumenti inopiam esse clamarent, accurate sententiam dixi, &c. *Idem.*

*Domo me tenui* ] Vulgo domi, sed contra omnes membranas, & antiquius impressos, *Gruterus.*

*Turbulentum tempus* ] Quo multitudo, ut dixi, propter annonae caritatem concitata in Capitolium convenerat. Itaque cum L. Caecilius praetor ludos Apollinarios faceret, ita infima coacta multitudo annonae caritate tumultuata est, ut omnes qui in theatro spectandi gratia confederant, pellerentur. Hæc *Pedanius* in *Milone,* in qua ipse Cicero scribit, huius *Caecilii* praetoris domum ob eandem causam oppugnata fuisse. *Hotom.*

*A te jam pridem ad bonorum eadem parator* ] In manuscripto est, ad rapinam, ad bono-

bonorum eadem parator. *Ursin.* Ad rapinam, ad bonorum eadem Pal. non. atque *Erfurd.* Ad impiam praadam. *Gruter.*

*Armatos in Capitolium* ] Non respiciendam duxi voculam etiam, quam in duobus codicibus *Dresd.* & *Francii* reperi. *Grevius.* P. *Lentulus, Metellus* ] Quibus consulibus & adiutoribus Cicero restitutus est. *Metellus* vero quas inimicitias cum Cicerone gerebat, eas republicae condonavit. *Hot.*

*Frater tuus* ] Nam Clodii sororem in matrimonio habebat, ut in ea pro *Coelio*: Non denique modo se *Q. Metelli* matrimonium tenuisse sciebas. Sic infra: *A Q. Metello fratre tuo, consule.* *Hotom.* Hac verba, *frater tuus,* non extant in primo *Francii.*

*Dissentioni* ] Recte, cum in manuscripto, *dissentio* vitiose legatur. *Hotomanus.* De qua agebatur ] Absit hoc totum a libro antiquo vitiose. Nam & rem de qua agebatur, & consules qui agebant, conjunxit. *Idem.* Non habentur etiam hac verba in primo *Francii* & *Dresdensi.*

## CAPUT IV.

*Qui statuant minus bonis temporibus in senatum ipsi non venire* ] *Prim. Franc.* qui statuerunt minus bonis temporibus in senatum ut ipsi non venirent. Sic *Dresd.* & edit. prim. nisi quod hi statuant retineant. *Francii* codicis scriptura non est damanda. *Grev.*

*Nonnulli* ] Omnes consulares, præter *Messalam* & *Africanum,* quod tuto se negarent posse sententiam dicere. *Hotomanus.*

*Suo quemque arbitratu timere oportere* ] *Hand* aliter *S. Victor.* Ah. Pal. nonus. recepta lectio, arbitrio suo quemque timere oportere. *Gruterus.* Vulgatam lectionem tuetur prima *Francii,* *Dresden.* & prima editio cum multis sequentibus.

*Non posse, illuc irem?* ] *P. Manutius* e *Bargel* mss. illi non irem? *Erfurd.* habet, illi sententiam, quod & in *Pal. nono;* sed idem etiam habet loco existimasset, sensissent. *Gruterus.*

*Duo consules* ] Est a *Pal. nono* & *S. Victoris,* pro eo quod vulgata, *duos.* *Idem.*

*Quorum lege* ] Nam lege *Cornelia* & *Tom. V.*

*Cæcilia* duorum istorum consulum revocatus est. *Hotomanus.*

*Populi sermo in animis nostris* ] Cum per eos dies senatus de annonae haberetur, & ad eius procuracionem sermone non solum plebis, verum etiam bonorum Pompejus vocaretur, multitudoque a me nominatim ut id decernerem postulare, feci & accurate sententiam dixi. *Idem.* In animis nostris ] *Placet vestris,* ut est in antiquo. *F. Ursin.* Sic & *Dresdensis.*

*Nihil discerni* ] *Discerni* legendum nemo non videt. *Hotomanus.*

## CAPUT V.

*Que res, qua causa major esse* *Pal. S. Victor,* editioque vetus, *Fuit? vis. Que causa.* *Grut. Ed. prima: Jus. Que causa major quam fames esse potuit.* *Dresd. Vis, que causa major esse, que fames potuit?* *Prim. Franc. Que vis, que causa major esse, quam fames potuit.* Quod sane non contempserim. Quæ vis major esse potest ad nova consilia capienda, & hanc rationem inveniendam, quam inquit meam fecutus scelerata incendit homines, & ad summam desperationem redigit, quia nil fame est miserius in rebus humanis. Hinc *Senec.* de brevitate vite, cap. 18. famem vocat ultimorum malorum etiam obsessis. Hinc vero dixit *Theocritus,* *Idyll. xv.*

..... ἀσιγίας ἀνθρώπων πικρὰν γὰρ μὲν πῶρ ἐστὶν ὄψιν.

..... *Impransus* est adhibe *Dioclidet.* Est autem vero iracundus valde, Esurienti vero ne unquam occurrat. *Grev.*

*Illa fenestra latrocinia ob annonae causam putarunt* ] Longe præfero primi *Francii* codicis lectionem, qui facultate oblata, &c. renovatum te tua illa fenestra latrocinia ob annonae causam putavisti. *Clodio* enim adscribit huius tumultus & seditionis causam. Non longe abhinc editio prima. Sane putavisti quoque in illa legitur, etiam aliter interpungatur. In *Dresdensi* vero putavit, proxime verum. *Idem.*

*Provincia frumentaria* ] Quæ vestigal potius quam stipendium quotannis pendunt: ut *Asia,* *Sicilia.* *Hotom.* Præter has erat *Africa* præcipue, unde magna vis frumenti adportabatur *Romam.*



*Varietatem venditorum* ] Qui alias merces ex iis locis quod frumentum miserant, vehendas curabant, quam cuiusmodi Romæ essent qui aliis in locis negotiabantur. Flor.

*Sed in presenti atque ante oculos posito periculo* ] Nata lectio ex editione P. Manutii, item veteris Lugdunensis: hæc enim habet illud posito, illa presenti. At vulgata, sed in presentia atque ante oculos propositio; quod idem in mis. Pall. Gruterus.

*Ad templum Concordiæ* ] Guelimius habet verbum templum pro spurio. Idem.

*Sin in causa fuit annona* ] Vulgus sic dixisset: si finalis, hoc est rationativa causa fuit annona, impulsiva, Clodius. Rectius tamen, *sin causa*. Potest etiam sic intelligi, ut *causam* pro *speciem* & *prætextum*, interpretetur: ut paulo ante, ubi *annona causam*. Horom. *Sin in causa fuit annona* ] Lib. manusc. non habent præpositionem, in. Et paulo ante doctissimi quidam viri, capere debuit, legendum contendunt, ubi & vulgati libri, & manusc. habent, *potuit*. Infra autem paulo post, ubi vulgati habent, *stimulator*, liber manusc. habet, *instimulator*. Lamb. Nullus dubito verum dixisse Manutium in delendum esse, licet repugnet libri: quia hoc genus loquendi adversatur emendate loquentium consuetudini. Nullus melioris ætatis scriptor unquam dixit, in *causa hæc res fuit, ut hoc fieret*. Sed *hec res fuit causa, ut id fieret*. Aliud est in epist. I. lib. I. ad Famil. *In causa hæc sunt, subaudi acta, seu gesta, ut ex sequentibus patet*. Tò in ortum est aut ex repetitione præcedentis voculæ *sin*, aut intrulium est a librario, aut scolio, qui in consilio habuit suæ potius, quam ætatis Tullianæ usum. Hæc scripseram, antequam consulueram annotationes Lamb. His inspectis, cum in mis. in non conspicui intellexerim, & postea nec id in edit. prima invenirem, tuto id delendum existimavi, quippe quod contaminat candorem Ciceronianæ dictionis. Cæro.

*Seditio quidem instimulator* ] Cur excluderem istud? inventum in Pall. pluribus (nam omnes excutere nimis operosum) & codice S. Victoris. Vulgo *stimulator*. Gruter. Approbat Franc. primus instimulator.

*In ulcere unguis* ] S. Victoris, in *viscere unguis*, quod *unguis* deprehendi item in Pal. nono. Nam ceteri fere *ungue*. Gruterus.

*Nativum, delatum* ] Insum, adventitium: quod intus est, quod extrinsecus obvenerit. Alibi dicitur *intestinum, oblatum*. Hot.

*Fames. Non est satis: facta lapidatio* ] Sic habent libri mis. & ita legendum. Quod autem ad vulgatam lectionem, quæ habet, *satis facta*, &c. attinet, ne quis forte eam amplectatur, plane inepta est. Nulla enim lapidatio fit sine faxis: & omnis lapidatio fit faxis. Supra autem, ubi libri vulgati habent, *delatum unum*, manusc. habent, *delatum unum*: quod considerat lector. Lambin. *Non est satis: facta lapidatio* ] Idem illud quoque in Pall. nostris, nec non Erfurd. ac S. Victor. Nam vulgata: *inde satis facta lapidatio*: quod ne quidem in antiquis edd. quæ, *inade facta facta lapidatio*. Gruter.

*Causam abrepturam* ] Quidam legendum putant, *ansam abrepturam*. Lambinus.

*Per causam inopiam* ] Recte Manutius. *Causa* sepe est prætextus. Sueton. Jul. *Romorem auxit intra paucos rursus dies repetita Bithynia, per causam exigenda pecunie, quæ deberetur cuidam libertino*. Sic Julius Cæsar, & alii. Grævius.

*Decuriatos* ] Decuriare & centuriare passim usurpat pro conscribere. Horoman.

*Ne in hanc tantam materiem seditiois ista funesta fax adberseretur* ] Franc. & ed. prima, *adberseretur*. Non frustra. Sed hoc si retinemus, legendum est: *ne in hac tanta materia seditiois ista funesta fax adberseretur*. Hoc est, illam magis incenderet, & flammam seditiois auget. Virgil. IV. Georg.

*Panchæi adolescentem ignibus are*. Vide ibi Servium. Qui non intellexit hoc vocabulo id mutarunt in *adberseretur*: reflexerunt quoque præcedentia, & pro in hac tanta materia seditiois, scripserunt, in hanc tantam materiam seditiois. Grævius.

## CAPUT VI.

*Annonam prestare* ] Caritatis eventum & periculum in se recipere. Horomanus. *Puerorum illa concursatio* ] Adposita puerorum

rorum multitudo fuerat, qui de caritate quaeritarentur, & Ciceroni invidiam crearent. Idem.

*Operis* ] Conductis ad eadem tanquam operariis. Ediderat autem, quia tanta undique multitudo ad comitia & legem de Cicerone revocando iubendam confluerat, ut annona multo gravior facta sit. Idem. *Operis ediderat, imperitis injecerat* ] Pall. aliquot operariis. At enim nonus peritiss, ediderat. Quod ad obryzam examinabant otiosiores. Gulliel. coniciebat, *oberatis*. Grut.

*In templo Jovis* ] Paulo ante templum Concordiæ nominavit. Horomanus.

*Uno isto dissentiente* ] P. Clodio. Idem. *Qui, quod in meo reditu* ] Prius relativum suspectum video patri meo fuisse. J. Gron.

*Annona flagitabat* ] Forte flagellabatur. Pitheus.

## CAPUT VII.

*Depulsit* ] Forte *dispulsit*. Lambinus. *Reipublica saluberrimam ac mihi necessariam* ] Prim. Franc. Dresd. & editio princeps: *Reipublica saluberrimam necessariam*. Legendum: *Reipublica saluberrimam ac necessariam*. Grævius.

*Mei ratio non habebatur* ] Sic olim responderam, *mea valetudinis ratio non habebatur*, non quod ita legendum esse magno opere considerem, sed quod me non longe a vera lectione abesse putarem. Proponam igitur scripturam vulgatam primam. Ea est huiusmodi, *aliquid in ea re gerenda: non habebatur*. Deinde antiquam, quæ talis est, *Aliquid in ea re generatio non habebatur*. Reperitur etiam hæc, *neque ratio non habebatur*. Quidam conjiungunt esse reponendum, *mea persone ratio non habebatur*. Sunt & qui hoc modo, *anni ratio non habebatur*. Ego nunc, *mei ratio*, &c. quam conjecturam audio, & quibusdam aliis venisse in mentem. Hæc igitur mihi nunc eo magis probatur, quod & minus longe abest ab antiqua scriptura, & sententiam exprimit hinc loco contentantem. Nam, *mei ratio non habebatur*, interpretor, *meæ valetudinis, vel meæ persone, vel meæ commodi ratio non habebatur*. Hoc totum autem, *mei ratio*, duobus asteriscis includi iussi, ut lector in-

de intelligat, hanc lectionem non esse factis firmam, aut certam: sed probabile tantum. Lambin. *Quasi possem aliquid in ea re gerenda: non habebatur* ] Ita habent Victorius & Manutius, vitiatii codicibus. Ant. Augustinus longe melius gerenda: *nominabar, flagitabar*: quæ correctio potest loco superiore confirmari. Panagathus autem mutabat non in boni: *babe* in præbatur in ceteris, legebatque hoc modo: *Quasi possem aliquid in ea re gerenda præceteris*: nec male. Nam præficiendum aliquem negotio gravi & molesto, & difficili, nominatum, non sortito, ut æquum est, nemo diceret, nisi eum cui aliqua ars aut facultas illi negotio accommodata sit: alioqui sit ei injuria, si extra sortem nominetur: quam artem aut facultatem negat sibi esse Tullius, in Pompejo agnoscat. F. Ursinus. *Quasi possem aliquid in ea re gerenda: non habebatur* ] Ita omnis lectio cæsa, et scripti Pall. non debatur. Unde aliquando coniciebam; *annona debebatur*. Sed ab hæc scriptura recedit Pal. nonus, in quo ne quasi illo: *possem aliquid mea regere accusatione habebatur*. S. Victor. *possem aliquid in ea regeneratione non habebatur*. In Pal. octavo extat vulgata, sed a recenti manu emendatum, *habebatur*, adnotatumque dubitabatur. Gruterus.

*Convicia* ] Clamores annonam flagitantium. Phædrus: *Convicio permutus Jupiter*, hoc est, clamore ranarum. Grævius.

*Amico locupletiori* ] Cn. Pompejo: & adludit ad verbum juris. Nam *delegare* dicuntur debitores, qui presentem pecuniam non habent, cum alium debitorem quendam suum a pecunia paratorem creditori suo assignant. Horomanus.

*Videbam id quod omnes* ] Abundat nomen id. Idem.

*Pro tanto beneficio populi Romani prestare debui* ] Præstat scriptura lib. Franc. *Pro tanto beneficio populo Rom. prestare debui*. Grav.

## CAPUT VIII.

*Rem maximam eripit e peste summi periculi* ] Secutus sum vulgatam magis, quam antiquam scripturam. Hæc enim ita corrupta est, ut nulla ex ea sententia elici possit. Sic enim habent libri veteres: *Rem maximam potuisse summi periculi*



non solum ea me, sed etiam, &c. Omnino hoc in loco tubest aliquid ulcus. Per rem maximam autem, rem frumentariam, & annonam significari puto, ut infra eadem oratione: *Non quod nominatum rei maxima, tene jam deservat, summum vitium ad extrema rejudicium tempora delebam proficimus, a te reprehendemus?* Lambin. Rem maxima crispi & pesti sionni periculi, non solum, sed etiam vos ] Pall. fere a peste. At nonus: Rem maximam fuisse suam periculum non solum eam, sed etiam a cede, &c. S. Veli. Rem maximam potuisse summum periculi, non solum eam, sed etiam a cede. Gulielmus tentabat, po. fuisse & summum periculi, non solum jam me, sed, &c. Grut. A peste est sane etiam in Franc. & ed. prima, ac nonnullis aliis. Et ei respondent, quae sequuntur a cede. Gravius.

Cn. Pompejo ] De extraordinariis ejus imperiis dictum est in Manilianæ comment. Hor.

Populi Romani panitere ] Vetus liber hoc amplius, *neesse est panitere*; quod mihi non placet. Idem. Eum victoriae populi Romani panitere ] Vetus liber habet, Eum victoriae populi Romani neesse est panitere. F. Urf. Prim. Franc. Dresd. ed. prima, Mediolanensis, & omnes, quas ego inspexi, ante Victorianam: Eum victoriae populi Romani neesse est panitere. Si praeiis codicibus volentibus has voces neesse est deleverunt, laudo. Sin, non esset ferendum. Nemo tamen ullus codicis meminit. Mirum Gruterum non docuisse, quid extet in Palatinis. Num credendum illos confirmasse Victorianam lectionem, quae nunc obsidet editiones? In Eschertensi optimo codice hic multa folia desiderantur. Grevius.

Qua mihi quoque attendam fuit ] Tum enim Lucullum, & alios complures Pompeii obtrectatores habuit. Hotomann.

Quo ille auctore ] Cum enim lex Manilia de bello Mithridatico ferretur, Cicero eam suavit. Hi proprie auctores legum dicebantur, & extat oratio. Idem. Quo ille auctore ] Cur non dixit, quo ille suavit? Nam Manilio auctore potius, id est factum. Respondeo, Manilium quidem legis auctorem fuisse, Ciceronem autem, suavitorem: sed Ciceronem populo auctorem fuisse, ut Pompejo bellum illud cum Mi-

thridate & Tigrane gerendum extra ordinem traderet. Lamb. Male Manilium auctorem legis vocat Lambinus. Ille fuit legis istius lator, Cicero vero auctor, qui suavit. Sic enim dicebantur, qui legem suadebant promulgatam populo. Cicer. III. de Legibus: *Itaque illi rationi neque lator quisquam invenitur est, nec auctor nonquam bonus.* Sueton. Caes. 16. *Cecilio Mella tribuns plebis, turbulentissimas leges aduersas collegarum intercessionem ferentis, auctorem propugnatoremque se pertinacissime praestitit.* Grevius.

Cum illi tamen passum aliquid disputare ] Cum iis qui probabiles & speciosas quasdam rationes afferunt, disputare possum; Clodii vero impudentiam ferre non possum. Hot.

Eodem iure ] Hereditario, ex paterna successione: socius autem a senatu non dum erat appellatus. Idem.

Publicasset ] Clodius legem tulerat, ut Cypri regnum uniuersaque gaza regia publicaretur: in Sextian. & apud Dion. lib. xxxviii. Idem. De hac ipsa re, ut & de Ptolemæo vide Plutarch. in Catone Utic.

Patrocinium hujus imperii ] Fortasse deest nomine. Hotom. Patrocinium hujus imperii. Reduxi lectionem veterum editionum, & omnium Pall. item Gembl. & S. Victoris: recentior enim Latrocinium. Voce duriore forsitan quam uti debuerit Cicero Romæ ad senatores populi Romani. Gruter. Vellem docuisset etiam Gruterus, quid sit patrocinium imperii immittere in regnum, & fortunat. Retineo lectionem, quam Victorius, Manutius, Lambinus retinuit. Latrocinium imperii vocat scelus illud, quod commisit imperium Romanum contra jus & fas invadens, sine ulla causa, bona socii regis. Ciceroni Latrocinia dici gravissima scelera, praecipue in cædibus & rapinis, quis potest, qui illum legit, ignorare? Itaque non dubitari optimarum editionum scripturam reponere, quia quam libri veteres retinent, nullus est sententiae. Græv.

Si quis jus suum defenderet ] Prim. Franc. Dresd. princeps, & Mediol. edd. Si quis suum defenderet. Non vulgare bellum denuntio, si profecta est a veteribus libris. Nam & alibi, ut in actione II. in Verr. Ciceronem sic loqui novi, sed nec illos libros damno, in quibus jus desideratur.

Potest

Potest enim abesse sine ullo detrimento. Idem.

Ratione vita mirabili ad laudem ] Sic Franc. prim. ed. & Mediolanensis. Sed Desiderius, P. Victor. Manut. Lambin. Ratione vite mirabilitud ad laudem. Soio consilium & rationem nonnunquam conjugi, ut in orat. pro Plancio: *Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia.* Et sic alibi quoque loquitur, & consilium ac rationem opponit temeritati & impetu. Sed tamen illo non librorum, qui ratione vite legunt, scriptura hic est praeterenda. Pro lege Manilia: *Honores autem neque ab uno, neque ex hoc loco, sed eadem illa nostra laboriosissima ratione vite, si vestra voluntas ferret, consequentur.* Alibi, *O misera vite ratio!* Pro ratio vite Vell. Paterculius dixit propositum lib. II. 2. *Vir propositio sanctissima.* Idem.

## CAPUT IX.

Qui negat esse verum ] Sic habent codices Memmiani, & recte. Verum autem, id est, iustum, par, æquum. Sic in orat. pro Murena: *Negat verum esse allici benevolentiam cibo.* Idem lib. II. epist. ad Attic. *Quid verius, quam in iudicium venire, qui ob rem iudicandam, pecuniam acciperet?* Horat. II. Ep. ad Mac. l. 1. *Moxiri se quemque suo modulo, ac pede, verum est.* Lamb.

Produxerat ] Productionem pro Rostris, non puto hic intelligi. Fortasse producere nunc dixit, pro evehere, promovere, ornare, augere illo extraordinario imperio. Sic de Finib. III. *Ut nemo dicat in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem, &c.* Hotoman. *Quem tu non pro illius dignitate produxerat?* Pal. notus, quem tu meo produxerat pro illius dignitate. Edit. prima, quem tu non modo pro illius, &c. quod mutat Gulielmus in: quem tu non domo. Producebantur enim magistratus usque ad portam a familiaribus necessitatiſque imprimis, quorum loco aut suffragatione provenerant. Grut. Pessime Gulielm. Recte Hotomanus, produxerat exponit ornaverat, mandata hac provincia, quamvis non consilium esset Clodii Catonem ornandi, sed, sub specie honoris, relegandi. Augustus epist. ad Li-

viam, apud Sueton. in Claudio: *Nam si est æquus ut ita dicam, illud non, quid est quod dubitemus, quin per eosdem arceus & gradus producendus sit, per quos frater ejus productus fuit?* Curt. vii. *Ad magna & honorata mysteria illius maxime suffragatione producit.* Græv.

Subduxerat ] In Sextiana: *Non illi ornandum M. Catonem, sed relegandum paraverat.* Hotomanus.

Carnifem etiam ] Significat ejus sententiam in senatu de necandis Catilinaris dictam. Idem.

Nominibus ] Abusive, pro cognominibus. Idem. *Quod cognominibus tantum ]* Sic restitui, conjectura certissima ductus. Nam *Cesar, Pulcher*, cognomina sunt, non nomina. Num erratum est ex similitudine vocum. cum libarius scripsisset, cum nominibus, pro cognominibus: quo facto postea alius sustulit, quod: quancum appellatione nominis cognomen quoque & significatur, & intelligitur. Quod autem quidam reponunt, *Cesar Clodio*, infenciam, atque infenciam suam argunt. Nam *Cesar*, cognomen est: *Clodius*, nomen. Lambinus.

Quod idem in posterum M. Catonem ] Illud, idem in posterum irreptitum arbitratur Gulielmus, ex membro statim sequenti, ubi praeterea cuperet legi, & quod eadem in posterum. Gruterus.

Quod idem in posterum de extraordinariis potestatis libertatem admissit ] Non intelligi, nisi aut subaudiatur aut addatur intercedenti. Nam Casarem extraordinaria imperia concupisse notum est. Hotom. *Et quod idem in posterum de extraordinariis potestatis libertatem admissit ]* Eidem legendum esse suspicor, ex loco simili orationis Sextianæ: *Non illi, inquit, ornandum M. Catonem, sed relegandum: nec illi committendum illud negotium, sed imponendum paraverunt: qui in concione palam dicebant, linguam se exellisse M. Catoni, que semper contra extraordinarias potestates liberta fuisse, sententiæ ut spero brevi tempore manere libertatem illum, &c.* Urf. Interpretationem Urfini sibi quoque vindicat P. Manutius, emendationem vero Gulielmus.

Consilium ] De Catone per honoris speciem relegando. Hotomann.

Quis provinciam homini post homines nator ]



nos ] Lectio minus proba: neque enim dictio provinciam, visitur in olim excusis, in quibus: Quid homini post, neque aliter Pall. nisi quod ii, quod homini, isthac antecedentes superioribus. Solus tertius habet: Quis hominum post, &c. Grut. Nec provinciam invenitur in Franc. Dresd. editio- ne prima, Mediol. aliisque omnibus ante Victorianam. Et recte abest. Vide que vis sit hujus vocis, quis, cum sine re provinciam repetitur. Quis homini post homi- nes natus turpissimo, sceleratissimo, conta- minatissimo, quis illam optimam fertilem- que Syriam. Grævius.

Ereptam vi ex Caesaris rebus actis ] Pall. omnes & S. Victoris, Ereptam ex vi Ca- saris: an fuit, ereptam ex Sex. Caesaris. Grut. Prim. Franc. ereptam in Caesaris re- bus actis. Dresd. ereptam Caesaris rebus a- ctis. Locus est contaminatus, qui sine me- lioris libri ope non potest purgari. Actis quid fidi velit nemo dixerit. Forte scrip- tit Cicero, ereptam vi Caesaris rebus, qui imperium insuatum dedit. Videtur autem esse erepta rebus Caesaris pecunia, que assi- gnata erat Caesari ad res gerendas in Gal- lia, vi ex arario a Clodio ad ornandam provinciam Gabinii. Sed nihil decerno. Grævius.

Cum Ciliciam dedisset ] In Sextiana: Ut Gabinio pro illa sua Cilicia, quam si- bi, si rempublicam prodidisset, pactus erat, Syria daretur. Hotomanus.

Recenti lege generi ipsius ] C. Caesaris. Vide in indice nostro legum R. Lex Ju- lia de provinc. & in orat. de Provinc. con- sular. Idem. Recenti lege sacri ipsius ] Lambinus generi, ex conjectura Passeratii, sed non respondentibus manuscriptis. Grut.

C. Gracchus ] Vide in eodem indice, Lex Semproniana de provinc. Hotomanus.

Eas lege Semproniana per senatum decretat rescidisti? ] Franc. Dresdens. edit. prim. Mediol. Eas lege Sempronias per senatum decretat rescidisti? nisi quod pro Sempronias scribatur sempronias in editione prin- cipe. Vulgata lectio hic quoque laborat, & merito asteriscum apposuit Paulus sue editionis margini. Ausit-ne quis affirmare Latine dici rescindere provinciam? Lex, decretum, testamentum dicitur rescindi, non vero provincia. Ex precedente versu videtur per senatum, huc translatum & perperam repetitum irrepisse, & Tullium

dixisse: Eas lege Sempronias tu rescidisti? Præterea male interpungitur tota hæc res- pectæ, quam sic constituendam decrevi: Itane vero? tu provinciam consulares, quas C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo non abstrulit a fratre, sed etiam ut necesse esset quotannis consistere per senatum lege sanxit: eas lege Sempronias tu rescidisti: extra ordinem. sine sorte nominatum dedisti, non consultis, sed repu- blicæ potibus: nos, quod nominatum, & que sequuntur. Lege Sempronias pro le- gem Semproniam Cicero dixit, ut sæpe hoc numero utuntur præfati scriptores. Sic legibus solvi apud Sueton. & Cic. qui una tantum lege solvitur. Grav.

CAPUT X.

Perferre potuisset ] Sic est legendum, non, ut in libris vulgatis, perferre. C. Supra au- tem non longe admodum, ubi libri vul- gati habent, recenti lege sacri ipsius, re- posui, recenti lege generi. Joan. Passeratii conjecturam secutus. Lambinus.

Fraclam malis, mutat, debilitatam ] Quid hic potest esse muta civitas? Aliter veteres libri. Franc. & prim. & Mediola- nensis editi. Fraclam malis, mutatam, ac debilitatam. Dresd. Fraclam malis, mu- tam, ac debilitatam. Cicero scripsit: Fra- clam malis, mutatam, debilitatam: ut Plan- cius ad Ciceronem, ep. x. 17. Quod acer- tissimo interitu consulum rempublicam nuda- tam tali civis prætoris in urbanis officiis in- digere existimabam. Sic hoc loco dicit Ci- cero nudatam fuisse rempublicam nimirum omni præsidio, omnibus vindictibus & cu- stodibus, cum nemo auderet rempublicæ causam suscipere, & contra vim Clodii eam tueri. Grævius.

Helvoni spurcissimo, prægustatori ] Non dubium est, quin eam fræditatem signifi- cet, quam & mox & aliquanto post nota- bit. Hotoman. Helvoni spurcissimo ] Co- dex vetus habet, Helvoni pergarissimo: unde concilio legendum, impurissimo: Lamb. Helvoni spurcissimo ] Lambinus ex- iectione S. Victoris facit impurissimo, Gulielmus spurcissimo: & propius lita- ras, & flagitio ejus convenientius. Græ- terus.

Sex. Clodio ] Pal. nonus Delio. Voluit forte Clælio, quod in S. Victoris codice, sicque.

583 sicque semper hic invenit in melioribus manuscriptis Suffridus nolter. Idem.

Sex. Clodio socio tui sanguinis ] Facino- ris legebat Pantagathus pro sanguinis, si- ve ex ingenio, si ve ex antiquo libro. In oratione de Harusp. responsis, de Clodio dixit, Consul es sceleris sui socius, Pisonem scilicet & Gabinium. F. U. finis.

Qui sua lingua ] Tais lingua mala est, etiam hic taceat, ut verbis Arnobii utar, lib. VII. Lambinus.

Lege tua ] Vide Clodium de annona, in indice legum R. Horom. Nimirum hæc fuit illa lex, quam tulit P. Clodius tribu- nus plebis, ut frumentum populo, quod antea senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur, & Sex. Claudio frumentaria procuratio mandare- tur. Vide Aconium in Pisonem.

Privilegium ] Contra XII. tabulas & sacratas leges. Hotomanus.

Non licet de salute populi Romani di- cere sententiam ] Gemblacensis, salute pu- blicam dicere sententiam, ut appareat res- cribendum, dempta litera, publica. Gru- terus.

CAPUT XI.

Iisdem machinis ] Serendis inter me & Pompejum inimicitias, excitandis apud il- lum suspitionibus. Satis enim constat Ci- ceronem a Pompejo desertum fuisse. Ho- tom.

Quod enim par amicitie consularis fuit unquam in hac civitate conjunctus ] Te consularis in editis ante Victorium non reperitur. Num ex antiquis membranarum hanc vocem hauserit, ignoro. Ego in iis, quos evolvi, non inveni, nec in editione prima & Mediolanensi. Poterat abesse. Sin ex mss. revocata est, non improbo. Gre- vius.

Quis senatus ] Pro, Quis apud senatum. Simile loquendi genus non memini. Ho- tom.

Satis audaciter ] Non video, quamobrem hanc vocem quidam filii Ciceronis, tan- quam barbaram, fugiant, cum eam vete- rum grammaticis, tum a bonis omnibus Latinis scriptoribus, tum a Cicerone usur- patam esse testentur, quod & in scholiis orationis Roscianæ, & alibi admonuimus. Lambinus.

Me iisdem infare verbis ] Sic est legen-

dum, & ita est in codicibus Memmianis, cujus lectionis rationem afferrem, nisi fe- ipla declararet, ac probaret. Idem.

Ego vero, neque me tum desertum, sed pene deditum ] Plano pro pene non dubito quin scribendum sit, vel repugnantibus antiquis libris. F. Urbanus. Alii legunt, teste Lambino, pene deditum.

Si utile rempublice fuit ] Propter novorum motuum formidinem. Horom. Servan- do rempublicæ causa nonnunquam mala sunt ferenda, & pacis vicissimæ etiam in- fontes sunt eadende, si nimirum servari aliter rempublica non potest, aut bellum interempturum aliter nequit averti. De qua re plura diximus ad librum III. de Offi- ciiis. Grævius.

CAPUT XII.

Idemque cum dixisset ] Quidam legi vo- lunt, idemque cum dixit. Lambinus.

Pontificum, aut de republica, quam eum; &c. ] Locus minime integer. Nam editio vetus & Pall. Pontificis, aut de repu- blica cujusquam. Neque aliter S. Victor. quam quod is pontifex, quod etiam in nono. Adeo ut videatur rescribendum cum Gulielmo, Aut de religione pontifex, aut de republica civis. Sententia fillimilia il- li, quam initio statim libri posuit. Gru- terus.

Quam aut opinio tulerit ] Rectius Fran- cii primus, quam aut opinio tulerat, quem sequor, quamvis perperam addat nostra. Grævius.

De rebus divinis, de ceremoniis ] Sic Francii, & hic melius. Idem.

CAPUT XIII.

Nego potuisse jure publico ] Jus publicum modo spectari possit, pro eo quod prop- rie ad magistratus pertinet, nam a ponti- ficio jure id sejungit. Generaliter autem jus publicum est, quod, ut ait Ulpianus, ad statum rempublice Romane spectat: id est, quod in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. Horom. Imo jus pu- blicum hic non est jus quod pertinet ad civitatis statum, sed ad omnes cives, jus commune. Ut apud Sueton. in Octavia- no, cap. 10. Ne publicum quidem & trans- lativum jus ulla in re sibi, sine pactione gra-



gravissima mercedis in imperiente, nini Antonio. Et in Tib. 50. Et peculo concessio a parte; prebitusque annuis fraudantur, per speciem publici juris, quod nihil de his Augustus testamentis caruisset. Grævius.

Hoc juris in hac civitate etiam tum, cum reges essent? Vide de Horatii iudicio, qui forem occiderat, Livium & Dionys. Hal.

Sine iudicio senatus? Quomodo senatus? Cum in Verrem v. ita scribat: Quo confugiens socii? ad senatum deveniunt, qui de Verre supplicium sumas? non est usitatum, non senatorium. Ergo de superiorum temporum ratione hæc intelligenda sunt: cum, ut Polyb. vi. scribit, Senatus de rebus capitalibus cognoscebat. Hotomanus.

Aut populi? Tantum in crimine perduellionis. Idem.

De quoque re? De privata cuiusque re, unde privati iudices appellabantur. Idem. Tam de privata, quam de criminibus, constitutis questionibus, quas exercebant prætore, qui hujus illiusve criminis questionem sortitus erat. Grævius.

Videsse me non vadicitur, &c. ] Lambinus fulsulit negativam, nolentibus libris; & statim pro neque illud, rescribit, me illud. Non male, si liceret auctori adfingere quod libet. Grævius.

Esse patricium? Nihil immuto, tantum dico magis esse te patricium ad hunc locum pertinere, quam esse patricium. Horum. Hoc dico, te esse patricium? Sic est legendum, & ita legitur in libris manuscriptis: non, ut in vulgatis, hoc dico esse patricium. Constat autem, patricio non licuisse per leges tribunum plebis fieri. Lamb. Hoc dico esse patricium? Patricium magis quod habet Pal. non esse patricium, ejecto illo, hoc dico. Grut.

Que ratio generum? Agell. v. cap. 19. Sed adrogationes non temere, nec inexplorate committuntur. Nam comitia arbitris etiam pontificibus præbentur, que curia appellatur. Hotomanus.

Exheredabit? Exheredare posuit pro emancipare, propterea quod emancipatio jus omne & iustitias & agnationis, id est, ut paulo post loquitur, jus omne legitimum & hereditatum & tutelarum extinguat. Responso est Clodii, qui dicit, non diu illum in filiorum numero retine-

bit, statim emancipabit. Idem. Suscepit etiam liberis. Exheredabit? Edit. vet. item Pal. oct. exheredavit. Quod respondet priorum clausula: que tamen sic habetur in Pal. non. atque Erford. suscipiet ex ea liberis. Quod forsitan verius. Grævius.

Cur interem? Sacra patricia gentis propria ab homine nunc plebeo facta, retineri non poterant. Hotomanus.

Cum adoptaret, esse debuit? Sic est legendum: vincit ratio & ipsa veritas; non, ut habent libri vulg. adoptare. Clodium enim nunc alioquitur. At Clodius adoptatus est, nempe ut fieret plebeus, & ita tribunatum gerere posset. Hanc meam conjecturam adjuvat codex manuscr. in quo sic scriptum est, adoptare; re scilicet postremum a librario omisum est. Jam vero Fonteius legatus est, qui adoptabat. Lambinus.

Adoptari, non ut filius esset? S. Victor. & Pal. nonus, optari, non ut ejus filius esset. Forsan rectius. Grævius.

M. Puppio? Legendum M. Pupio ex veterum lapidum auctoritate: itaque Pifo, qui a M. Pupio adoptatus fuit, in antiquis monumentis M. Papius, M. F. Pifo Frugi describitur. F. Ursinus.

Neque parvis heres? Cum jam emancipatus, & propterea exheredatus sis. Cogitandum tamen equid potius parvis sit legendum, ut veteres dicebant participem. Terent. Donec salvos redieris meus participes. Et Vetr. III. Quibuscum viri bona nostra partimus, parvis heres, id est participes, suus heres. Nam pars ad patrem referretur, non ad fratres. Idem.

Et quam deseruisti? Refertur ad vocem gentibus, perturbatis ambabus gentibus, & quas, &c. Idem.

## CAPUT XIV.

Ut is, qui te adoptavit, vel filii tibi loco per aetatem? Sic est legendum, ordinem verborum, qui perturbatus erat, restituito. Atque hanc meam emendationem adjuvat vetus codex, in quo ita scriptum est: vel illi tibi loco per aetatem, &c. Lambin. Prim. Franc. & edit. prima. Ut is, qui te adoptavit, patris loco, vel illi tibi loco filii per aetatem. Non fuit repudiandum patris loco, quod hic est singulari vi. Nam quamvis qui adoptat, semper patris

patris locum & numerum obtinet, tamen hic oratorie additur patris loco, appositum filii loco, quod sequitur, ut magis feriat & advertat iudicium & auditorum animos rei absurditas. Grævius.

Vel eo quo fuit? Confirmant Dresdens. & editio prima, vel eo quo fuit. Primus autem Francii, vel ea que fuit. Forte Cicero scripsit, vel ea que solet. Nam solere rem obsecram notare vix quisquam ignorat, & multis exemplis docuerunt politiores homines ad Plauti locum in Cist. l. i.

Viris cum suis predicant nos solere: Suis pellicis esse ajunt. Grævius.

Legitimo & pontificio iure? Sic Franc. & edit. prima. Vulgo geminatur copula & legitimum & pontificio iure. Idem.

Ut hæc simulata adoptio filii? Pantagathus legebat adoptio, pro adoptio, que lectio hic minus vera sit, ingeniosam esse nemo negabit. F. Ursinus. Ut hæc simulata adoptio filii? Pal. nonus & Gembl. aditio. S. Victor. adjectio. Quod est adjectio: utrumque præponendum vulgato. Grut. In prim. Franc. est, ut hæc simulata adoptio.

Venire imberbem adolescentulum? Hunc ipsum locum esse arbitror, quem testem producit Sosipater Caristus lib. i. ubi docet, imberbis, dici, non, imberbis, his verbis: Sic & Cicero imberbum protulit, non imberbem. Quare hoc loco legendum esset, imberbum, quod mihi videtur. Lambinus. Venire imberbum? Ita laudat Caristius libro i. non ut hodie vulgatur imberbem. Sed tamen an de hoc loco Tullii senserit nescio. Itaque viderit Lambinus, an istud hic potissimum intrudidi debuisset. Grut. Cur ergo ipse admittit in editionem suam?

Cur ergo adoptatur? Codex manuscr. habet, cur ergo adoptabat? Ego nihil mutato. Lambin. Cur ergo adoptatur? Videtur a glossa. Certe nihil habent quo firmet sententiam: variantque libri. Nam Pal. nonus legit adoptabat? S. Victor. adoptabat. Cæteri, adoptat? Grut. Tota hæc negotium cur ergo adoptatur? ulque patricius nemo relinquatur, non legitur in prim. Franc. & Dres.

Quia patricio non sit locus? Cur abiecerunt particulam is, que in manuscriptis, quos vidi, & editione prima, aliisque vetustioribus legitur: quia patricio non sit is

Tam. V.

Flamines, salios? Quos omnes & patriciis creati oportet. Hotomanus.

Neque auctores centuriarum & comitorum? Idem intelligitur ex Liv. vi. horum comitorum auctores patricios fuisse. Idem. Vide Manutium, & in primis J. Fr. Gronovium, Observat. l. 25.

## CAPUT XV.

Que sæpe in concionibus responsa sunt? Moris fuit, ut qui quid per auspicia improbare vellet, is augures & eum qui cum auguribus de celo servarat, in concionem productos interrogaret, eorumque signa animadvertissent. Hotomanus.

Lex curiata? Iulius Cæsar legem comitiis curiatis tulerat, ut Clodium a plebeo adoptari liceret. Sic de provinc. consular. Oblivione erant tum, cum ille qui id egret, plebejus est legi curiata factus, dici de celo esse servatum? Idem.

Adest presens? Pr. Franc. At est presens.

Infrima sunt igitur? Obiectio Clodii, qua Cicero Cæsaris invidiam conciliat. Horum. Infrima sunt igitur, sua sententia, acta C. Cæsaris? Vox sententia, non est a libris vetuste cæsis, nedum pluteis nostris. Itaque vide num tollendum veniat pronomen, tua, an aliud quid sub eo lateat. Grut.

Exceptis his telis? Id est, cum jam exceperim, cum jam mihi imposita sint vulnera. Hotomanus.

Auspicioum patronus? Ur que Cæsar contra auspicia expulset, rescinderes. Hujus autem rei causam exponit in ea de Harusp. resp. cum senatus sese nimis Cæsaris potentia opponere cepisset, tum Clodium subito se ei venditasse, & in concionibus leges Julias oppugnare cepisset. Idem. Sententia nec ego reperi in editione principe, & ms. Dresd. sed in primo Francii legitur, nec potest abesse sine sententia damno. Grævius.

Tu M. Bibulum in concionem, tu augures produxisti? Mss. quos inspexi, editio prima, Victor. & vetustiores, in concione, hoc est dum concio est populi. Idem. Quod contra auspicia? Mendose habent libri vulgati, que contra; &c. Emendate manuscr. quod contra: quos secuti sumus. E c c e Ex



Ex iisdem aliquot verba, que in vulgatis deerrant, quasi seputa, in lucem revocavi. Idem habent paulo post, *illigatus tenetur*, ubi vulgati, *aligatus*. Lamb. *Qua contra auspicia essent, acta* ] *Qua pro que habet Ant. Augustinus. F. Ursinus.*

*Videte hominis amentiam, ubi per suum tribunatum Caesaris actis illigatus tenetur* ] Prim. Franc. *Videte hominis amentiam, ut per suum tribunatum Caesaris actis irritari tenetur.* Sic & Drest. nisi quod pro irritatis in illo scribatur *illigatus*. Editio princeps: *Videte hominis amentiam, ut suum tribunatum Caesaris actis illigatum tenetur.* Jure asseritum his verbis appofuit Victorius. In hac varietate mihi videtur scripsisse: *Videte hominis amentiam, ut per suum tribunatum Caesaris actis illigatus tenetur.* Ut homo amentis se ipse damnat, cum Caesaris acta damnat, cum ejus tribunatus sit Caesaris actis illigatus, ut sine illis non possit esse tribunatus. In Victor. Lamb. & aliis editionibus legitur *aligatus*, quod & ipsum potest ferri. *Grævius.*

CAPUT XVI.

*Hora fortasse sexta diei* ] *Fortasse* est, circiter, plus minus: nihil auctoribus vulgatis, & tamen ecce Lambinus præter libros emendat, *Hora ericiter sexta.* Gruterus.

*Ad quosdam viros fortes* ] Suetonius in Julio: Cicerone in judicio quodam deplorante temporum statum, P. Clodium inimicum ejus frustra sanpriedem a patribus ad plebem transire nitentem, eodem die horaque nona transfudit. Hotomannus.

*Triam nundinum* ] Hac de re dixi in comment. ad XII. tabulas. Idem.

*Sin eadem observanda sicut decrevit Senatus, M. Drusi legibus que contra legem Cæcilium & Didiam late essent, populum non teneri jam intelligi, &c.* ] Ita hunc locum legebat Orlav. Pantagathus. F. Ursinus. In hoc loco particula *si* prætermissa, que invenitur in optimo Francii, & editione prima, peperit obscuritatem, & pravam distinctionem in omnibus editionibus. Rescribo igitur ex illis, quos laudavi, libris, cum sit immutata interpunctio: *Sin eadem observanda sunt; si decrevit Senatus, M. Drusi legibus, que contra legem Cæ-*

*liam & Didiam late essent, populum non teneri, jam intelligi omni genere juris, &c. te tribunatum plebis non fuisse.* Si triundinum, inquit, observandum est in lege curiata ferenda ad adoptionem, si statuit senatus Drusi leges non pro legibus esse habendas, quia contra legem Cæcilium & Didiam, que triundinum in legibus ferendis sanxerant, late erant, satis per te cognoscis te tribunum non fuisse. Nam licet Drusi leges dicantur ab Alfonso late fuisse contra auspicia, poterant tamen etiam late esse contra legem Cæcilium & Didiam, non servato triundino. Delevi *videtur scriptis post teneri, & notam interrogationis post tribunum plebis non fuisse, & huic loco suam integritatem restitui.* Vidi postea Pantagathum quoque in eadem fere fuisse sententia, & consensu viri acuti letatus sum. *Grævius.*

*Decrevit senatus* ] Manuscripti libri habent, *judicavit senatus.* Lambinus.

*M. Drusi legibus* ] M. Livius Drusus tribunus plebis, multas leges tulerat. Philippus consul, qui ei inimicus erat, obtulit a senatu ut leges ejus omnes uno S. C. tollerentur. Decretum est enim contra auspicia esse latas, neque iis teneri populum. Hac Pædianus in Cornel. Cicero de Legibus II. *Quid leges non jure rogatas tollere? ut etiam decreto collegii, ut Livius consilio Philippi consulis & auguris? Hotomannus.*

*Cæcilium & Didiam* ] In hac caput hoc fuisse apparet, ut in legibus ferendis triundinum servaretur. Ut Philipp. v. *Quid promulgata sunt? nonne ante factam quam scripta? nonne ante factam vidimus, quam legem tamquam est suspicatus? ubi lex Cæcilia & Didia, ubi promulgatio triundinum? Idem.*

*Cum plebe jure agere* ] Quasi tum de celo servatum non fuisset. Idem. *Jure non habetur in primo Francii.*

*Tua rogatione* ] De me in exilium eiciendo. Hotomannus.

*Tam jure, quam lege* ] Adludit ad formulam adrogationis. Idem.

*De capite civis indemonstrati tulisti?* Hac de re dixi in comment. XII. tabularum. Idem iteratur in ea pro Sextio. Hotomannus.

*Illum diem* ] Ultimam triundinum. Hot. *Si qua res illum diem* ] Legendum fortasse, *illum diem.* Lambinus.

*Aut auspiciis* ] *Auspicia populi judicium*

CAPUT XVII.

*Leges privatis hominibus irrogare* ] Male Lambinus *privatas.* Melius Joseph. Scaliger apud Festum in *Privos, privis hominibus.* Sequentia enim ita legendum clare evincunt. Gruterus.

*Prodicta die* ] Videtur idem esse, *diem dicere, & diem prodicere.* Magistratus diem dicere dicuntur reo, cum ei certum diem præstitunt, qua die eum ad populum accusaturum denuntiant. Hotom. *Ne, nisi predicta die* ] Liber vetus habet, *predicta die.* Verum tamen nihil muto. Lamb. *Prodicta* legitur in melioribus libris tam scriptis, quam editis. Et est hoc proprium in hac re verbum. Vide Festum. Grævius.

*Ut ante magistratum accuset* ] Recte in aliis, *ut ter ante.* Nam accusatio triundinum durabat: id est accusator primo nundino, semel; altero, iterum; tertio, postremum. Ergo intermissam diem, pro intermissum tempus posuit, id est, intermissis atque interpositis aliquot diebus. Hot. *Ut ter ante magistratum ciet* ] Sic reposui, libris omnibus invitis, in quibus legitur, *accuset pro ciet,* ratione & veritate approbante. Qua ratione? qua veritate? Ipso Cicerone infra paucis post verbis, *neque adesse justus, neque citatus, &c.* Idem septem circiter post paginis, *qui reus non fui, qui nunquam sum a tribuno plebis citatus.* Postremo, *magistratus est citare, non accusare.* Lamb. *Ut ter ante magistratum accuset* ] Lambinus; *magistratus ciet,* tanquam id ratio & veritas probet. Contra omnes libros; ideoque inepte. Ald. Nepos edidit: *Tertio ut ante magistratum accuset.* Nimis profecto licentiose. Gruterus.

*Quarta sit accusatio triam nundinum* ] Cum magistratus reum ter accusavit, tum rogationem per trinas nundinas promulgatam habuit, in qua crimen & penam criminis comprehendit, tertius nundinis quartam accusationem infert, ac reo causam dicendi facit potestatem, inde diem prædicat, qua die ad populum de poena certandum est. C. Sigon. III. de iudicis. cap. 6. quem & vide in sequentibus capitibus.

*Illum diem* ] Ultimam triundinum. Hot. *Si qua res illum diem* ] Legendum fortasse, *illum diem.* Lambinus.

*Aut auspiciis* ] *Auspicia populi judicium*

tollebant, si quis obnuñtasset: qua sic quoque eum populo agebatur. Hotomannus.

*Aut extensio* ] Pædianus scribit, *morris fuisse, ut reis sepe vel morbi vel alterius rei excusatio permitteretur.* Sed difficile dictu est hoc loco tales excusationes intelligi, cum tantum in ista postremo die momenti sit: nisi forte de morbo fontico plane constet. Erat autem etiam excusationis genus aliud, de quo Liv. I. 3. *Cæso Quirinius judicis die cum extensario solum reversisse exilit causa, nihilominus Virginio comitia habente, collega appellati diviserunt concilium.* Idem.

*Tota causa* ] Id est, nihil eo judicio & illa tota accusatione actum videbatur, si accusatori novum de integro judicium altero triundino institutum erat. Idem.

CAPUT XVIII.

*Conductus & scicior, egentes* ] Drest. *Conductus, ut scicior, egentes.* Prim. Franc. *per conductus scicior.* Copula recte omittitur. Omnino enim legendum: *conductus scicior egentes.* Grævius.

*Pecunia non expebatur* ] Propter temeritatem. Hotom. Prim. Franc. & prim. ed. *pecunia non expebatur.*

*Inuicini paulisper animis juvenentem* ] Expunxi paulisper, quod nec in scriptis nostris, nec in editione prima legitur. Grævius.

*Hoc jure firmato* ] Si constitutum sit hoc juris esse. Hotomannus.

*At quid tuis legum scriptor potius & callidus* ] Copulam primus, ut puto, inseruit Lambinus. Nam ante hujus editionem nulla vetustior, nec Victor nec Manut. nec inf. eam agnoscent. Ego existimo *penitus* esse interpretationem adscriptam margini, qua magister explicuit quid sit *callidus*, que vox post in contextum irrepit. Nam *callidus* esse peritus quis ignorat? Cicero III. de nat. Deorum: *Callidus appello, quorum tanquam manus opere, sed animus est concaluit.* Plant. Agn. 1. 3. *Ad suum quemque hominem questum esse ayum est callidum.* Hoc est peritum rationis questum suum cum luero exercendi. Cicero pro Rosc. Amer. 17. *Non tu in isto artificio accusatorio callidior es, quam hic in suo.* Tacit. *Quo ne ea tempore callidior rei militavit.* Grævius. Eccc 2 Spar.



*Spurciorum lingua sua*] Offendi in aliquot manuscriptis *spurciorum*, quod antiquariis forte non displicebit. *Gruterus*.

*Sexte nosfer*: *bona venia*: *die*: *quoniam dialecticus*] Verbum *die*, semper mihi suspectum fuit. Itaque sic olim edideram, eo delecto. *Sexte nosfer*, *bona venia*: *quoniam*, &c. Hæc enim sententia est, *Sexte nosfer*, *bona venia* *ab* te *quæro*: cum tua bona gratia te interrogo: *quoniam*, &c. Sic autem loquuntur Latini, *bona tua venia dixerim*, non, *bona venia die*, nisi fallor.

Itaque retento verbo, *die*, sic nunc edidi: *bona venia*: *die*, *quoniam*, &c. Lamb. *Bona venia*, *quoniam* jam *dialecticus*, & hoc quoque *liguris*] Ita Palatini sex, non ut vulgata, *bona venia die*, *quoniam dialecticus* est, & hoc quoque *liguris*. Et vero binas illas vocales esse a Criticis, pro dunt & editiones prima, quæ eas non habent.

*Grut.* In primo Francii *die* invenitur. Sed est non quidem extat in meis libris, & editione prima. Extat tamen in Mediol. Victor. Manut. Lambin. & non potest abesse. Nam doriorum illa ellipsis non utitur Tullius. Absorptum fuit *et* a sequente vocula &c. Si *et* respicimus, abicienda quoque est copula. *Grævius*.

*Ligaris*] *Degustas*. *Ligurise* dicuntur, qui non uno se cibo satiant, sed ex variis paululum delibant. Significatur Sex. Clodium varias disciplinas primoribus laboribus degulasse. *Hotom.* Vide Manutium, qui hæc veritas exponit. *Græv.*

*Quadrupedam impavissimam*] Et hic quoque feditatem illius significat. *Hotoman.* *Alia*, *qui leges scribere*] Sic habent libri veteres, non, ut vulg. & alios esse, *qui*, &c. Præterea paulo post, ubi vulgati habent, *scriptoribus istam*: in illis scriptum est, *scriptoribus istam*: in illis scriptum est, *scriptoribus istam*, unico *i*. Et ita sæpenumero scriptum reperit in veteribus libris: quod semel dixisse satis sit, ne toties idem sit iterandum. Hæc autem de re Cicero scripsit in oratore perf. *Lambinus*.

*Neque opus archiepiscopi*] *Archiepiscopus* habet vetus liber, quod magis placet. *Ulf.*

*Mancipem*] Adludit ad publicanorum societates, quorum quidam *mancipem* erant, qui publica a censoribus redimebant: alii *pedes*, qui pro illis fideiuebant. *Hotom.* *de denique suffragii latorem*] Pal. nonus

*suffragatorem*, Unde adblanditur scriptio codicis S. Victor. *suffragulatorum*. *Gruter.* *Nisi forem*, aut *ficarium*] Franc. & Dresl. non forem ac *ficarium*. In editione prima scribitur etiam ac. *Grævius*.

## CAPUT XIX.

*Per medium forum scortum populare volitaret*] Non putavi mihi hanc vocem, *scortum*, in vet. libris a me repertam, quod nulla sint in vulgatis ejus vestigia, idcirco esse repudiandam. Est enim acrimonia, & contumelia plena, & in Clodium impudicum ac cinzum bellissime convenit, istem libri veteres, ubi alii, *scelerisque sociis* habent, *scelerisque sociis*. *Lambin.* *Per medium forum populare volitaret*] *Legio* minus vera. Nam Fal. & S. Victor. *per medium scortum populare volitaret*. Quod admittit *Lambinus*, sed præterea recepit *illud forum*, præter illos libros; nam & editi vetuste, *per medium sortitum popularem volitaret*. *Gruterus*.

*Qui se populo commiserant*] Qui honores in comitiis petebant. *Hotomanus*.

*Ut etiam Palatinam tuam perderent*] *Palatinam urbem tuam*, *Pantagathus*: sed *Ant. Augustinus*, *Palatinam illam tuam* legit. *F. Ursin.* Vide Manutium.

*Damnabantur*] Sic in *Sextiana*, *Quocumque venerant*, quod *judicium* cumque *substant*, *damnabantur*. *Hotoman.*

*Novitius Ligur*] *Sex. Atilium* tribunum plebis significat, qui cognomen *Liguris* sibi, quasi ex antiqua *Atiliorum* genere esset, adriperat. *Idem.* *Novitius Ligur*] *Nihilo pejus Gembi* ac *Pal. nonus*, *Ligus*; qua terminatione & alibi usus. *Gruter.*

*Judicio improbatum*] Non substituitur heres, exheredatus inter cæteros. Probro dabatur fratribus præsertim, cum præteriti in testamentis fuissent. *Hotoman.*

*Athene damnationis scelerisque socium*] Significat illum cædis fratrem conficium & participem fuisse. *Idem.*

*Ut se ipsa dissolvat*] Ipso jure nulla sit. Non aliunde rescindatur, sed in ipsa vivit. *Idem.*

*Est enim, quod M. Tullius falsum S. C. venlerit*] Franc. & ed. prima: *Est enim, quod M. Tullius falsum senatusconsultum retulit*. In *Dresdensi* est etiam *retulit*.

Sais-

*Saisie tibi videtur*] Puto quædam deesse, ex quibus istud quod jam insert, conseqnebatur. Fortasse autem hoc deest, *Resista senatusconsultum*, quod quia notis scriptum erat, effluxit. *Hotomanus*.

*Bonus ille vir*, *M. Scævus*] *Quidam* libri veteres habent, *in bonis ille vir*. *Locus* suspectus. Legendum forte, *magnum ille vir*. *Lamb. M. Drusus* in *legibus suis* plerisque, *bonus ille vir*. *M. Scævus*, & *L. Crassus* *consularis non obtinuerint*] *Examine* quæso critica natio scripturam hanc. *Pal. pr. & sec. Tuis plerisque in bonis ille vir*. *M. Scævus*, & *L. Crassus* *consulibus*, non *obtinuerit*. Sentus sane inde resultat egregius, reformato *tuis* in *suis*, reiectoque *ille vir*. Ut *bona* faciat legum genera *Drusus*; *bona*, & *mala*. Ne in bonis quidem, inquit, obtinuit quæ voluit, anno quo *Drusus* consul erat *Scævus*, anno quo *Crassus*.

*Inspexi obiter Fastos*, sed nihil statim ultro occurrit. Sedere ad calculos non libuit, neque adeo licuit; flagitatus nimium ab eis, qui jam dudum prodire *Ciceronem* debuisse, clamitant. Et verum dum in ejus mari *naviculis*; *nafragium* vitæ fecerunt *Bongarius*, *Rittershusius*, *Casaubonus*, *Vellerus*, *Freherus*, *Petavius*, *Vulcanius*, amicissima illa mihi capita. Itaque ejusdem fere cum plerisque ætatis, ad portum adspicere oportet, nisi amem item *exanimis* ejici ad littus. *Gruter.* Franc. *x.* & *Dresl.* æque ut multi alii, *in bonis ille vir*. Sed ed. prim. *bonis ille vir*. *Mox* Franc. & ed. prim. *obtinuerit*. *Græv.*

*Omniun facinorum & stuprorum omnium*] Suspicio de mendo, nam pro altero omnium dehederari videtur principem, aut tale quidpiam. *Hotoman.*

*Decumis & Clodii*] Significat istos legem *Clodium* fuisse. *Idem*.

## CAPUT XX.

*Ne recipere*] Ne quis me testis reciperet: si quis recepisset, is pœnam subiret. *Idem.*

*Quid nominis inscriptio, tibi nun aliud videtur esse, ac morum bonorum directio*] Ita *Pantagathus* interpellat, & pro *directio* legit *directio*. *F. Ursin.*

*Per legem Liciniam*] Ne ei qui legem de curatione potestatis aliqua tulisset, ejus collegis, cognatis, adfinitibus ea potestas

curatione mandaretur. *Hotoman.*

*Unum & idem videtur esse atque id*] Franc. *Dresl.* ed. prim. *Unum & idem ratione videtur esse*. Latine quidem dicitur *ratione facere, ratione peccare*. Sed *videtur esse ratione esse*, nunquam placebit palato Latino; cui magis arderet, *videtur una eademque esse ratio*. Noli itaque recedere a vulgatis. *Grævius*.

*Exules Byzantium*] Byzantini cives rerum capitalium a suis condemnati, per *Pisonis* legatos reducti sunt. *Hotoman.*

*Eidem*, inquit, *utraq; de re negotium dedit*] *M. Catonis*, cujus nominis auctoritate facinus istud tenebat. *Idem*.

*Ut in Asia cistophorum*] *Cistophorus*, nummus Asiaticus. Patet hæc omnia de *Gabinio* dici, non quod *Clodius* istis de rebus legem tulisset: sed ostendit quam absurdum sit dici una de re populam rogari, quia uno de homine multe res rogentur. *Idem*. *Ut in Asia cistophorum flagitaret*] *Ant. Augustinus* interponit *millies* inter verba *cistophorum* & *flagitaret*, quod facit ad elegantiam, non ad intelligentiam; quando enim unquam *populus Romanus* aut *senatus*, cuiquam magistratus sive urbano, sive provinciali negotium dedit flagitanti quicquam? Quare si voluerimus sanare hunc locum, alio profus remedium opus est: aliud enim nobis verbum erit recipiendum, & pro *flagitaret*, vel aliud simile reponendum.

*Ut in Hispaniam, cum Roma decessisset*, hoc est, ut juberet in vesticibus & tribunis pendendis non alia pecunia, uti Asiaticis, quam *cistophoris*. Sic hunc locum intelligit *Cistophorus* dictus esse nummos, quod cista mystica fuerit insigniti, docet amplissimus *Cuperus*, *Observat. vit. 16.* Equat fere pretio *cistophorus* viciorum Romanorum, seu denarii femissem, ut viri docti præceperunt. *Græv.*

*De ista lege consultus esset*] Sic legendum esse indicant scripturæ veteris vestigia: & paulo ante, cum inde decessisset, ubi libri vulgati habent, cum *Roma decessisset*. *Paulo* post, ubi vulgati habent, de *exsulibus Byzantii*, in antiquis scriptum est,